Nondum.

Clarissime & Celeberrime Dn. Joanni Coccej

Nugatorijs quibusdam argumentis arduis tuis negotijs remoram injicienti solita benignitate ignosce.

Ut impera stabat sententia quam voto et suffragio fovit vestra dignitas, libellum meum in manus D. visitatorum quorum primas non sine fato quodam tenebat noster Goethalsius tradidi. Ubi illum hac de causa compellabam, mirum fuisset vidisse in quas partes mentem levam nunc huc nunc illuc dividerent alternanti visa est sententia hec potissima instantem classem (jamjam enim dimittendus erat D. Doctor Hackhuijsanij) consulere.

… habuit me … sno contectam gravem … ingemuit donec … tunc presidebat … quoniam causa bonae de= … videntur conjurasse … commendandum … suffragio Rev: class. … officio hoc curae datis … videtur visitare. … atus est aperte, non … tractare quibus exerto … habere videtur, re= … nuncio aliquis, dicens … a lectione hujus li= … nequid Judaismo … legisse fore in Novo Test. … et religiose comminatum … causa dubitandi an … omnes bonae causae a consi= … lijs … dignus. … et alios ordinet … acceptis falsis opinionibus … qui librum in verbulo … evincunt, frustra re= … Fratribus libertate … quid peteret quando …

N.

Satis tu quidem, Vir Summe, ostendis, quid publice, quid tua causa (si tamen tua. quid enim juvare ego te possum? sed haec tua est humanitas) velis: ostende quoque, nisi grave est, ὅ δὲ φέρουσι τάχα. Conterrent me vehementer annonae loci. Ajunt minoris esse annuum sumptum, quo hic omnem familiam tueri possum, quam quo solas illic aedes conducturus sim. Octingentis florenis aedes mundas prope Academiam locari. Res incredibilis, sed dicunt. Hic gratis habito & stipendii mille centum florenos habeo: alios centum in quendam casum promissos. Nomen professionis est, quod auditores parum trahat, in primis ad privatarum scholarum impensas, quod praecipuum tamen istae provinciae habent lucelli. Quid si ea lex est, quae vetet privatim docere, quae aliarum sint professionum, ut in plerisque Academiis. Tum Latinos auctores praelegere interpretabuntur alii Historica, alii Romanae eloquentiae collegia. Si honeste et ingenue agere meum volem, non impedient me. nihil enim illorum ego tacto quae illi sub istis nominibus. Sed mulierem fortem quis inveniet?

...noq. Viro
...io S. Ling.
...nequerana
...anequeram

Monent etiam neſcio quid diſcriminis, non honore modo, sed
commodis, eſſe inter ordinarios et extraordinarios, et inter ipſos
ordinarios, qui ſenatum participent, qui non participent. Jube[illegible]
cavere, ne quid iſtorũ nunc ignarus admittam et leve ducam,
cujus poſtea me poſſit pœnitere. Utinam magno ſint animo [illegible]
tores, nec pro dote nomen imputent et triumphos! Quod ſi fiat, nec [illegible]
publice, nec affinibus perſuadere potero, ut dimittant. Vale et, ſi p[illegible]
his me exime curis.